

naturalis principi longe meritissimo mitto et iudicium TVVM de illis submissè expeto. Sunt quidem pauca eaque minora, nec pulcra; attamen TVA fretus benevolentia spero etiam haec TIBI esse accepta. Forte dies alter rariora pulcioraque suppeditabit, quae semper TIBI communicare non dubitabo. Ipse enim vere appropinquante aut Germaniam aut Hollandiam petam, ibique colligam naturalia vt spero haud pauca. Amici vero alii varias terras adiere vti Chinam, Americam, Guineam, qui omnes naturalia mihi mittere promiserunt. Dies docebit, quid facient.

Insecta, quae iam sequuntur, omnia esse noua vix sperare licet, quamuis mihi ignota, tamen credo plurima. Pleraque sunt Hafniensia exceptis paucis in itinere per Sueciam captis¹⁾

De hisce quamvis paucis iudicium TVVM auide expeto. Eadem hac data occasione TIBI Oederi introductionem in rem herbariam mitto, vti iam diu promisi. Fecissem sane prius, nisi hanc occasionem dudum exspectassem.

Nouam systematis editionem omnes summa cupiditate exspectamus, eam cum sudore tamen speramus.

Vt diutissime in scientiae incrementum vigeas valeasque nos omnes feruenti pectore optamus.

Totam familiam nobilissimam vt meis verbis submissee salutes etiam atque etiam rogo.

Me vero etiam in posterum TVAE benevolentiae commendo et semper nominis TVI ero cultor obseruantissimus. Dab. Hafniae die Decemb. XXII.

1764.

De plantis nobis minus notis Zoëga in litteris aget, ideoque nil addam.

¹⁾ Fortegnelse, med Bemærkninger og Spørgsmaal, over endeel Insekter og en Sertularia.